



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Terrae Motvs. Ammianus lib. 17. cap. 7. Descriptio CXXXIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

## TEMPESTAS.

Legendus Curt. li. 4. Val. l. i. c. 8. Liuius,  
lib. 21. & 40. circa finem. D. Chrys.  
epist. 1. ad Olympiadem Diaconis-  
tam, & ceteri. Dicitur quoque de-  
script. Maff. his verbis.

## Descriptio CXXXVIII.

**O**ceani saeuentis, ventorumque furentium  
ca praecepit regna sunt, in id spatum  
audacius, quam felicius ingressis Maio men-  
se Lusitanis: flammeus cometes horribili  
specie, in decimum usque diem continenter  
apparuit: iamque variante sepius celo ac pe-  
lago, atra, ac sordide nubes, ad Septentrionem  
conglobatae, omnem in se flatum, quasi recip-  
rocando collegant: mare languidum erat;  
insidiosa tranquillitas: nautae locorum ignari,  
ac tempestatum, ad auram vindique captan-  
dam, totos velorum expanderant sinus, cum  
ex ijs, quas dixi nubibus, vniuerso repente  
imperu sefe effundens aquilo, transuersas  
quatuor naues, quarum ad contrahendū min-  
imus apie disposita fuerant arnamentaria, in  
spectantibus carteris, momento ita euerit, &  
obruit, ut eranto hominum numero nemo  
prosperus evaserit. In ijs Bartolom. Diazius,  
cuius supra meminimus, rei nauticæ gloria  
in primis illustris, cum è tot iam, ac tantis  
periculis antea fusil et crepus, miserandum  
in modum interij; salutarij: fuere, vel de-  
missæ raptim antennæ, vel ubi id non licuit,  
vela ipsa vento disrupta: eo tam horrendo  
spectaculo exanimati, qui supe fuerant con-  
sanguineos alij, alij caros, amicosque oculis  
frustra require: ad lachrymas, & coprorationem,  
pron'i vique in mœrem ex interitu  
alieno sui cuiusque periculi metus obsup-  
faceret. Quippe Boreा pertinaciter flante pe-  
lagus identidem intumescebat, fluctus modo  
ad astra ferri, modo ad tartara pene ima sub-  
sidere: Naves cum extremo salutis discrimi-  
ne prope modum inter se collidi. Ad hæc a-  
tra caligo, & tudentium stridor, & dissonæ  
voces, varia, & incerta iubentium, non oculo-  
rum modo, sed etiam aurium usum abstuler-  
ant: Quin, & talum ipsum interdiu picco,  
noctu igneo colore terrebant.

## TERRÆ MOTVS.

Ammianus lib. 17. cap. 7.

## Descriptio CXXXIX.

Iisdem diebus terræ motus horrēdi per Ma-  
cedoniam, A Samaque, & Pontum; assiduis  
pulsibus oppida multa concuss. rūt., & mō-  
tes. Inter monumenta tamen multiformium  
æruminarum eminere Nicomedæ clades;  
Bithyniae vrbium matris, cuius ruinarum e-  
uentum vere, breuiterque absolutum.

Primo lucis exortu ad diem Nonum Cal-  
Septemb. concreti nubium globi nigrae nūm  
lætam paulò ante cœli speciem confuderunt:  
& amandato solis splendore, nec contigua,  
vel apposita cernebantur. Ita oculorum obtu-  
tu perstricto humo inuoluit crassæ caliginis  
squalor infudit. Dein velut à nomine sum-  
mo fatales contorquebant manubias, vento-  
que ab ipsis excitante cardinibus, magnitudi-  
furentium incubuit procellarum: cuius im-  
petu pulsorum auditus est montium gemi-  
tus: & elisi littoris fragor: hæcque sequunt  
Typhones, atque praefores, eum horrifico  
tremore terrarum ciuitatem, & suburbana  
funditus euerterunt; & quoniam acclivitate  
collium aedes pleræque vehabantur: aliæ su-  
per alias, concidebant, relanguebant, cunctis  
sonitu ruinarum immenso. Interim clamoribus  
varijs excelsa culmina resultabant, quietan-  
tium coniugum, liberisque, & si quid ne-  
cessitudinis arce constringit.

Post horam denique secundam, multo ante  
tertiam aer iam fluidus, & liquidus, latentes  
retexit funereas strages. Nonnulli enim su-  
per ruentium rudorum yì nimia constipati,  
sub ipsis interiore ponderibus; quidam collo  
tenus aggeribus obruti cū superesse posset,  
si qui iuissent, auxiliorum inopia necabantur.  
Alij aliquorum extantium acuminibus  
fixi pendebant: uno ictu casi complurcs; pau-  
lò aate homines, nunc promiscuae strages ca-  
dauerum cerebantur. Quosdam domorum  
inclinata fastigia intrinsecus ferabant inta-  
ctos angore, & inedia consumendo.

Vide quoque Dionem, seu Xiphilinum in  
Traiano.

DL